

XIV. CENTAURUS, *Chiron*, monstrum ex homine & equo compositum: fortè quia Centauri Thessaliæ populi, primi ex equo pupnarunt, adhibitis centris seu calcaribus: indeque supernâ parte homines, infernâ equi visi. Aliis *Minotaurus* monstrum bicorporeum ex itauro & homine. Non nisi caput & humeri ejus nobis oriuntur.

XV. LUPUS, *Fera seu bestia*, & *Quadrupes*. *Centa- rum* sequitur, nec nisi pedes & caput supra horizonem exserit. Arab. *Asida*, proprie *Leæna*, pro *bestia Centauri*, rect. *asedator*. Mihi lupus sit vel *Heliodorus*, ærarium templi Hierosolymitanus spoliatus, *Centaurus autem Eques & Equus horribilis ipsum concutiens*, Maccab. 3. v. 25. vel *lupus infernalis*, à Christo vero *Animarum Pastore transfossus*. Joh. 10. v. 12.

XVI. ARA, *Thuribulum*, θυματήεον. Sub *Scorpionis* spondylis nobis semper latet. Prope hanc *Cometa Anno 1618.* ortus creditur. Mihi sit vel *Ara Noachi*, Gen. 8. 20. vel *Abrahæ & Isaaci*, Gen. 22. 9. vel altare thymiamatis in *tabernaculo*, Exod. 37. 25. vel in templo *Salomonis*, Reg. 7. 48.

XVII. CORONA vel *Corolla Australis* vel *Meridionalis*. Στέφανον ὑδρία. *Corona* ?, quia inter hujus pedes sita. *Alias οὐρανός*, q. parvum cœlum. Aliis *globulus & rota Ixionis*. Mihi sit *Corona stellata mulieris*, Apocal. 12. v. 1. vel *filiū hominis*, Ib. 14. v. 14.

XVIII. PISCIS NOTIUS seu *austrinus*: ιχθὺς ύδρια: & μέγας magnus, ad differentiam 2. minorum. Subjectus est ? & ?, cumque hoc connectitur mediante aqua, quam ex ejus urna delapsam velut absorbet. Præter cæteras stellas unam habet præfulgidam in ore, quæ effusionem aquæ ? claudit. Arab. *Fumahand* vel *Fomahand* pravissimè, rect. *Phomol-chuti*, h. e. os piscis. Non multum suprahizontem nostrum attollitur, ideoque penè ipsum radit seu stringit. Schick. est *Piscis à Petro captus*, cum statere in ore. Matth. 27. v. ult.

XIX. GRUS, seu *Avus sub Pisce Notio*. Stellas haber 13. ex N 2 quibus